


Giornate Bormiesi di Cardiologia



Le acque dell'Alta Valtellina

Edizione a cura di
Livio Dei Cas e Leo Schena

Le acque dell'Alta Valtellina

a cura di

Livio Dei Cas e Leo Schena



Cassiodoro non de' Bagni di Bormio, ma di que' d'Acqui nella surriferita lettera favellasse, per essere questi a Pavia più vicini e più comodi, conviene che rifletta che Cassiodoro latinamente scrivendo, nominando quella città posta oggi nel Monferrato, non è da credersi che d'altro termine prevaler si volesse, che del suo vero latino, cioè a dire Aquae Statiliensium. Se poi dal fiume Bormida, che presso le scorre gli fosse piaciuto di denominarle piuttosto, non Bormias, ma bensì Aquas Bormidas avrebbe a mio giudizio ragionevolmente egli detto. L'Hoffman³ di fatti nel suo celebre Lessico sotto il nome Aquae Bormiae, intende di favellar delle nostre, né le confonde con Aqui.

APPENDICE II

*PETRI DE TUSSIGNANO
Liber de Balneis Burmi, in quo
non solum aquarum vires et
medicinae, sed earum quoque
exhibendarum canones
explicantur.⁴*

Benedictus Dominus Deus Israel, qui cum iam cuncta alia creasset, hominem fecit ad imaginem sui et minuit eum paulo minus ab angelis et omnia illi indulisit opportuna, produxit etiam mirabile balneum et salutiferum in Sancto Martino de Burmio, cuius aqua est nitrosa plurimum, participans aliquid sulfuris, hoc autem evidenter patebit cuilibet volenti aquam distillare ad alambicum. Nam corpora remanentia post consumptam aquam, plurimum erunt salsa et aliquantulum sulfurata, hoc etiam signo declaratura, quia in eo loco sunt lapides multi producentes salnitrum et panni loti in dicta aqua et postea exsiccati habent odorem sulfuris; aliud signum fortius est quod reperiuntur alii fontes eandem qualitatem (sic) praecise cum aqua balnei in dicto loco producentes salnitrum in magna quantitate.

³ Joan Jakob Hoffman, *Lexicon universale*, Lugduni 1698

⁴ La trascrizione rispecchia il testo stampato nella raccolta di Tommaso Giunti nel 1553, la punteggiatura, invece, è stata modificata secondo l'uso moderno.

Dicet aliquis, forsitan haec aqua non est salsa et caret sapore sulfuris. Respondeo quod propter fricationem et fortem mistionem partium aquae cum dictis mineralibus, tollitur odor et mordicatio et omnis sapor, et remanent solae virtutes in dicta aqua; et ideo dicta aqua calefacit, exsiccatur, extenuat, astringit, solvit, aperit, ventositatem disrumpit, et ultimo propter siccitatem inductam constringit. Effectus in speciali quos ipsa aqua solet inducere sunt hi: in primis catarrhum exsiccatur, distillando per canale super commissuram capitis, quae est ubi terminat digitus medius, ponendo palma manus ad summitatem nasi. Balneare decet primo corpus totum, per duos dies, postea bis in die recipiat aquam super caput per canale, et minus pro qualibet vice per unam vel saltem mediam horam. Et faciat hoc diebus quindecim, vel circa si fuerit senex; si vero iuuenis per duodecim, si puer per x [decem] quia craneum senis est grossius, et durius craneo iuuenis; et craneum iuuenis est grossius et durius craneo pueri, et quanto est grossius et durius craneum, tanto virtus balnei difficiliter exsiccatur catarrhum, et quanto catarrhus et materia exsiccanda est grossior, tanto longiori tempore opus est ad exsiccandum; et est sciendum quod virtus balnei remanet longo tempore post recessum a balneo continue operans, et complens operationem suam et ideo etiam post recessum a balneo debet servari bonum regimen: scilicet precavendo a repletionem, frigore, vinis potentibus, a potu post coenam, a nimis laboribus, a nimio somno, ab accidentibus animi et coitu. Confert dolori capitis a frigida causa et habenti somnos profundos et lethargum, incubum et epilepticis, apoplepticis, subethicis et habentibus aquam intra craneum, et cuius caput est aptum recipere superfluitates et hoc modo faciendo, primo balneando se et postea recipiendo aquam per canale super caput, ut dictum est etiam de cura catharris. Confert etiam paralyticis, habenti spasmus ex repletionem, tremori nervorum, stupori in aliquo membro, torturae et saltui faciei, balneando se per dies octo primo, postea recipiendo aquam per canale supra caput bis in die, et aliquando super membro infirmo, et omni die saltem semel se balneat totum: confert et fistulae lacrymali balneando se per duos dies, postea recipiendo aquam supra caput, et postea oculos bene lavando de aqua balnei, et portando petias infusas in dicta aqua super fistula die noctuque. Et cum exsiccatur iterato balneentur, et haec fiant per mensem. Confert etiam surditati procedenti a frigore, sonitu, tinnitu et sibilo, balneando et per duos dies distillando super caput de dicta aqua, ponendo in auribus et eas cum ipsa bene abstergendo per dies sexdecim. Confert nocumento odoratus balneando se primo, postea recipiendo aquam super caput et trahendo eam per nares per dies viginti. Confert mollificationi, gravitati destructioni loquelae et introitus in sermone, balneando primo et postea

distillando super caput et gargarizando aquam balnei calidam per dies viginti. Confert etiam conservandis dentibus, denti cavato, dolori dentium, congelationi ipsorum balneando se et distillando super caput et lavando sibi dentes quasi omni septimana (sic), etc. Prodest difficultati anhelitus tussi humida ac pectori apto recipere superfluitates, balneando se et bene fricando partes pectoris. Item provocando lac in mammillis balneando se et bene fricando mammillas, et cum a balneo egreditur, bibendo drach. ij. crystalli pulverizati cum modico vini albi subtilis. Item dolori stomachi et habenti stomachum humidum, ac multitudinem sputi a stomacho, et habenti nauseativam satietatem et appetitui corrupto, balneando se et de dicta aqua bibendo summo mane vnc.xx et illa die se balneet et parum comedat et tarde. Confert etiam cacheticis et hydropicis et hepaticis et hepatis dolori balneando se continue. Et si hepar inflammatur, epithemetur, ut infra in fine capituli, utilis est doloribus colicis, iliacis et splenicis balneando se et bibendo de aqua balnei, ut dictum est et clysterizando cum dicta aqua. Confert frigori renum et debilitati ipsorum, oppilationi a frigida causa balneando se. Confert insensibili exitui urinae in somno et ipsius involuntario exitui in vigilia, pollutioni, gonorrhoeae et menstruorum, procreationi balneando se diu et continue.

Confert adhuc desiccando menstrua, et aquae matricis, et praefocationi eiusdem, erectioni virgae et ad impraegnationem. Confert quoque duricie matricis, ulceribus ipsius, et putrefactioni matricis et ipsius inflationi ex ventositate et aquositate, balneando se et cum dicta aqua clysterizando matricem semel in die, vel pluries prout expediens videbit medico.

Confert guttis si membra non sunt destructa, omnibus doloribus iuncturarum, doloribus spinae, gibbositati, doloribus calcanei, debilitati pedum balneandum se totum; primo et recipiendo aquam super caput, et super nucam et specialiter super membro infirmo. Confert etiam inflationi tibiaram, ulceribus tibiaram, scabiei et pruritus habenti maculas in cute, habenti fistulas et ulceribus apparentibus profundis et sordidis, balneando se et ulcera cum dicta aqua balnei. Confert porro inflaturae bursae et testicularum, scissuris pedum et aliorum membrorum balneando se et specialiter infirmum. Confert foetori horribili axillarum et cutis, curat a pediculis et lendinibus balneando se et distillando super caput. Confert habentibus quartanam, balneando se per horam ante paroxysmum et ibi diu stando. Et cum exit a balneo, stet in loco sudoris, etiam bibat in mane de aqua illa unc. XX vel circa ante diem paroxysmi, videlicet illis diebus quietis, etiam se balneet praemissis evacuationibus et phlebotomia.

Siquis diceret quod aliqui accedunt ad balneum dictum, nihil tamen iuvamenti percipiunt: respondendum, quod non est culpa balnei, sed qui



accedunt ad ipsum non servant servanda et sunt XII canones quos servare oportet.

Primus Canon

Qui accedit ad balneum debes [debet] esse purgatus consilio medici et phlebomatus si expedit.

Secundus canon

Intrans balneum, non debet esse fricatus, neque supercalefactus, sed quietus neque calore extraneatus.

Tertius canon

Non debet esse corpus aptum inflammationi, ut convalescentes ex febris acutis ut dispositi ad hecticam ut corpora macra, multum cholotica et similia.

Quartus canon

Non debet usus fuisse coitu nimio, vel abstinencia nimia, vel alia re, qua multum potuerit debilitare virtutem.

Quintus canon

Ante quam intret balneum, debet habuisse beneficium ventris et si non potest habere, faciat sibi suppositorium, vel clystere, vel bibat de aqua balnei tres vel quatuor cyathos et solvere faciat, vel sumat casiam vel pilulas.

Sextus canon

Quando intrat balneum, debet esse ieunus, et si non potest tolerare balneum, sumat cochlearia duo de passulis bene lotis pluries cum duabus partibus aquae et tertia vini, sumendo etiam de illo vino lymphato quantum capi potest in cochleari, vel sumat aliqua pruna sicca infusa in aqua; vel duo cochlearia micae panis bene loti pluries cum aqua et vino ut supra, vel sumat buccellam panis aflati infusi in aqua et vino ut supra neque bibat in balneo, neque post, quousque comederit.

Septimus canon

Debet stare in balneo per unam horam vel circa, ut dictum est superius, usque ad quindecim dies, vel circa; et continuet balneum omni die et idem intelligendum est quando aqua debet distillari ut infra.



Octavus canon

Cum egreditur a balneo, intret lectum et ibi expectet quamdiu sudet et cum sudare coeperit, siccare se faciat et fricare cum pannis per totum et induat se et capiat de aere recenti et sic stet quamdiu duraverit calor balnei et postea prandeat vel coenet et si sitiet, assumat saccharum candidum, vel pastulas vel aliud habens virtutem extinguendi sitim, sed non bibat. Pauper autem qui lectum non habet, stet in stufis quousque bene sudaverit, postea egrediatur et faciat sicut dictum est.

Nonus canon

Praecavendum est ne corpus recipiat frigus ullo modo eo tempore, quo stat in balneo, etiam postquam recesserit per plures menses, quia ut dictum est supra, virtus balnei durat post receum [recessum] ab ipso per plures menses, videlicet per sex.

Decimus canon

Prima vice, quando intrat balneum, debet modicum in balneo stare, secunda vero vice debet plus stare, tertia vero adhuc plus, quarta debet stare usque ad tempus superius ordinatum, similiter intelligendum est de distillatione aquae supra caput et in prima die debet solum semel se balneare, secunda die bis et est faciendum quod eadem die potest quis se balneare et recipere aquam super caput; et melius est praemittere balneationem distillationi quam distillationem balneationi.

Undecimus canon


Qui vult distillationem, debet esse tonsus, vel rasmus ut capilli non impediunt operationem balnei.

Duodecimus canon

Quia timetur hepatis inflammatio in paratis et renum similiter: ante ingressum balnei ungantur loca praedicta unguento sandalino.

Haec sunt ordinata ad honorem Dei beatae Mariae et Sancti Martini pro communi utilitate corporum humanorum per magistrum Petrum de Tussignano medicinae monachum excellentissimum,

Anno Domini Millesimo tricentesimo tri-
gesimosexto, decimo tertio Martii,
dum esset in dictis
Balneis



Trascrizione (seconda metà del '500) a cura del notaio bormino Marco Antonio Marioli del "Liber de Balneis Burmi" del Tossignano.

PETRI DE TVSSIGNANO
Liber de Balneis Burmi, in quo
 non solum aquarum vires &
 medicinæ, sed earum quoque
 exhibendarum canones
 explicantur.



Benedictus dñs Deus Israel, qui cum iam cuncta alia creasset: hominem fecit ad insignem sui, & misit eum paulo minus ab angelis, & omnia illi indulgit opportuna. produxit etiam mirabile balneum, & salutiferum in sancto Martino de Burmo, cuius aqua est nitrosa plurimam participis aliquid sulfuris. hoc autem evidenter patebit cuilibet veleni aquam distillare ad alambicum. Nam corpora remanentia post consumptam aquam, plurimum erunt salia, & aliquoties sulfurata. hoc etiam signo declaratur, quia in eo loco sunt lapides multi producentes sulfurem, & panes loti in dicta aqua, & postea exsiccati habent odorem sulfuris. aliud signum fortis est, quod reperitur alij fontes eadem qualitatem præcise cum aqua balnei in dicto loco producentes sulfurem in magna quantitate.

Dicit aliquis, fortitan hæc aqua non est salia, & caret sapore sulfuris. Respondeo, quod propter fricationem, & fortem missionem partium aquæ cum dictis mineralibus, tollitur odor, & mordacitas, & omnis sapor, & remanet solum virtutes in dicta aqua. & ideo dicta aqua calefacit, exsiccat, extenuat, asstringit, solvit, aperit, venositatem dirumpit, & viscido propter siccitatem inductam, constringit. Effectus in speciali quos ipsa aqua solet inducere, sunt hi. In primis catarrhum exsiccat, distillando per canale super commissuram capitis, quæ est ubi terminat digitus medius, ponendo palmam manus ad summitatem nasi. Balneare decet primo corpus totum, per duos dies postea bis in die recipiat aquam super caput per canale, & ad minus pro qualibet vice per vnam vel saltem mediam horam. & faciat hoc diebus quindecim, vel circa si fuerit senex: si vero iuuenis per duodecim, si puer, per x. quia cranium sensu est grossius, & durius cranium iuuenis: & cranium iuuenis est grossius, & durius cranium pueri, & quanto est grossius, & durius cranium, tanto virtus balnei difficilior exsiccat catarrhum, & quanto catarrhus, & materia

exsiccanda, est grossior, tanto longior tempore opus est, ad exsiccandum. & est sciendum quod virtus balnei remanet longo tempore post receptum à balneo continue operans, & completens operationem suam, & ideo etiam post recessum à balneo, debet seruari bonum regimen: scilicet præcauendo à repletionibus, frigore, vini potationibus, à potu post coenam, à nimia laboribus, à nimio somno, ab accidentibus animi, & ceteris.

Conferret dolori capitis à frigida causa, & habenti formos profundos, & lethargum, incubum, & epilepticis, apoplepticis, subethicis, & habitibus aquam intra cranium, & cuius caput est aptum recipere superfluities, & hoc modo faciendo, primo balneando se, & postea recipiendo aquam per canale super caput, ut dictum est etiam de cura catarrhi. conferret etiam paralyticis, habenti passum ex repletionibus, tremori nervorum, stupori in aliquo membro, tortura, & saltu faciei, balneando se per dies octo primo, postea recipiendo aquam per canale supra caput bis in die, & aliquando super membro infirmo, & omni die saltem semel se balneat totum: conferret & fistula lacrymali balneando se per duos dies postea recipiendo aquam supra caput, & postea oculos bene lauando de aqua balnei, & portando petas infusus in dicta aqua super fistulam noctisque. & cum exsiccatum iterato balneatur. & hæc fiant per mensem. conferret etiam surditati procedenti à frigore, sonitu, tinnitu, & sibilo, balneando, & per dies duos distillando super caput de dicta aqua, ponendo in auribus, & eas cura ipsi bene abstergendo per dies sexdecim. Conferret nocentissimo odorem balneando se primo, postea recipiendo aquam super caput, & abstergendo eam per vnam per dies viginti. Conferret mollitionem, graueti, de structione loquax, & inrosus in sermone, balneando se primo, & postea distillando super caput, & gargirizando aquam balnei calidam per dies vaganti. Conferret etiam coarctandis dentibus, denti cauto, dolenti dentium, coarctationi ipsorum balneando se, & distillando super caput, & lauando sibi dentes quasi omni septimana & c. prodest difficultati anhelitus, nasi humide: ac pectori apto recipere superfluities, balneando se, & bene fricando partes pedum. Item prouocando lac in mammillis balneando se & bene fricando mammillas, & cum à balneo egreditur, bibendo drach. ij. crystalli pulverizati cum modico vini albi subtilis. Item dolori stomachi, & habenti stomachum humidum, ac

multum.



TRADUZIONE

Libro sui Bagni di Bormio di Pietro da Tussignano
in cui sono spiegate non solo le virtù e le proprietà curative delle acque,
ma anche le regole del loro utilizzo.

Il Signore benedetto Dio Israele, che dopo avere creato tutte quante le altre cose, creò l'uomo a sua immagine e lo fece di poco inferiore agli angeli e gli concesse tutto ciò che era a lui favorevole, fece anche costruire in San Martino di Bormio i bagni meravigliosi e salutari, la cui acqua è davvero molto nitrosa con un che di zolfo, cosa del resto che si manifesta con evidenza a chi volesse distillare l'acqua con un alambicco.

Infatti i corpuscoli che rimangono dopo che l'acqua si è consumata saranno molto salsi e in qualche modo solforati, ciò è evidente anche da questo indizio, che in quel luogo vi sono molte pietre che producono salnitro e i panni bagnati in quell'acqua, una volta asciugati, hanno l'odore di zolfo; un altro indizio più forte è che si trovano altre sorgenti della medesima qualità precisamente dell'acqua del bagno nel luogo di cui si è detto, le quali producono salnitro in grande quantità.

Qualcuno potrebbe affermare che forse questa acqua non è salsa ed è priva di sapore sulfureo. Rispondo che per lo sfregamento e la forte mistione delle particelle di acqua con i minerali suddetti, vengono meno l'odore, il gusto pungente ed ogni sapore, e rimangono così in quell'acqua le sole virtù e proprio perciò essa scalda, essicca, assottiglia, restringe, libera, dischiude, libera con forza l'eccesso di aria e da ultimo, per l'indotta secchezza, astringe.

In particolare gli effetti che questa acqua suole indurre sono i seguenti.

Prima di tutto fa seccare il catarro scendendo goccia a goccia attraverso un canale sopra la commissura del capo che si trova dove termina il dito medio ponendo la palma della mano alla sommità del naso. Innanzi tutto si deve prendere il bagno con tutto il corpo per due giorni, poi, due volte al giorno prendere l'acqua dal canale sul capo, e meno rispetto a quel che si voglia, per un'ora o almeno per mezzora. E prosegua la cura più o meno per quindici giorni se è anziano, se invece è giovane per dodici giorni e se è fanciullo per dieci poiché il cranio di un anziano è più grosso e duro di quello di un giovane; il cranio di un giovane è più grosso e duro del cranio di un fanciullo, e quanto più è grosso e duro un cranio, tanto la virtù del bagno secca con maggiore difficoltà il catarro e quanto più il catarro e la materia da essiccare sono spessi, tanto più è lungo il tempo necessario

per essicarli. E bisogna sapere che gli effetti dopo l'uscita dal bagno rimangono per lungo tempo efficaci agendo continuativamente e portando a compimento la loro opera. Proprio perciò dopo l'uscita dal bagno bisogna sia osservato un buon regime di vita: cioè, si intende, trattenendosi dal rimpinzarsi, dal freddo, dai vini troppo forti, dalle bevande dopo cena, dalle eccessive fatiche, dal troppo sonno, dagli accidenti dell'animo e dal coito.

[Il bagno] giova al mal di capo che deriva da freddo, giova a chi ha sonni profondi, letargia, incubi, giova agli epilettici, agli apoplettici, ai subetici e a coloro che hanno dell'acqua nel cranio, il cui capo è atto a ricevere gli eccessi di fluido agendo in questo modo: prima di tutto bagnandosi, poi ricevendo l'acqua sul capo da un canale, come è stato detto anche per la cura del catarro.

Giova anche ai paralitici, a coloro che hanno degli spasmi dopo essersi riempiti, giova al tremore dei nervi, all'intorpidimento in qualche parte del corpo, al torcimento e ai tic (movimenti saltellanti) del volto, grazie, prima di tutto, al bagno per otto giorni, poi ricevendo l'acqua sul capo dal canalino due volte al giorno e talvolta sulla parte malata, e ogni giorno, almeno una volta, [il paziente] si bagni tutto. Giova alle fistole lacrimali con un bagno per due giorni di fila, poi ricevendo l'acqua sul capo e poi ancora lavando bene gli occhi con l'acqua del bagno e tenendo delle pezze imbevute nell'acqua suddetta sulla fistola giorno e notte. E quando si seccano, di nuovo siano bagnate e questo si ripeta per un mese. Giova anche alla sordità procedente da freddo, dal suono, dal tinnito e dai fischi, bagnandosi e distillando quest'acqua sul capo per due giorni, instillandola nelle orecchie e astergendole bene per sedici giorni. Giova anche ai danni all'odorato prima di tutto con il bagno, poi prendendo l'acqua sopra il capo e aspirandola attraverso le narici per venti giorni. Dà vantaggio all'infacchimento, alla lingua impacciata, alla perdita della parola quando si inizia un discorso, prima di tutto bagnandosi, poi distillando l'acqua sul capo e gargarizzando l'acqua calda del bagno per venti giorni. Giova anche alla conservazione dei denti, ai denti mancanti, al dolore, al loro indurimento bagnandosi, distillando l'acqua sul capo e lavandosi i denti quasi ogni settimana.

E' di giovamento alla difficoltà di respiro, alla tosse umida e al petto incline ad accogliere gli eccessi di umori, bagnandosi, sfregando bene la parte del petto. Così pure giova nel far venire il latte alle mammelle, bagnandosi, sfregandole bene e, quando si esce dal bagno bevendo due dracme di cristallo polverizzato con un po' di vino bianco delicato.

Porta giovamento al dolore di stomaco, a colui che ha lo stomaco umido



e da lì sputa spesso, a colui che prova un nauseante senso di pienezza, all'appetito malsano, bagnandosi, bevendo venti once della predetta acqua a fine mattina e quel giorno faccia il bagno, mangi poco e lentamente.

Giova anche ai cachetici, ai malati di idropisia e di fegato, al mal di fegato, facendo il bagno in modo continuo. E se il fegato si infiamma, sia ulteriormente curato come (si dirà) più sotto alla fine del capitolo, è utile per i dolori a chi soffre di coliche, di dolori intestinali e alla milza, facendo il bagno, bevendo l'acqua del bagno, come si è detto, e facendo dei clisteri con l'acqua.

Giova con il bagno al raffreddamento dei reni e alla loro debolezza, all'ostruzione derivante da causa fredda. Giova nella perdita inavvertita dell'urina durante il sonno e alla sua involontaria perdita durante la veglia, alla polluzione della gonorrea e del mestruo, al desiderio sessuale per mezzo di bagni lunghi e continui.

Giova inoltre, bloccando il mestruo, sia all'umidità dell'utero, sia alla ostruzione del medesimo, all'erezione del pene e all'ingravidamento. Giova anche all'indurimento dell'utero, alle sue ulcere, alla putrefazione e al rigonfiamento dovuto all'eccesso di aria e di liquidi, facendo il bagno, usando clistere nell'utero una volta al giorno o anche più secondo quanto parrà necessario al medico.

Porta giovamento alla gotta se le membra non sono distrutte, a tutti i dolori delle giunture, ai dolori della spina dorsale, alla gibbosità, ai dolori del calcagno, alla debilitazione dei piedi bagnandosi completamente per prima cosa, ricevendo l'acqua sul capo e sulla nuca e, specialmente, sulla parte malata. Giova anche al rigonfiamento delle tibie, alle loro ulcere, alla scabbia e al prurito a chi ha delle macchie sulla cute, a chi ha delle fistole e alle ferite che appaiono profonde e infette, bagnando sé e le ulcere con la suddetta acqua del bagno. Giova inoltre al rigonfiamento dello scroto e dei testicoli, alle fessurazioni dei piedi e di altre parti del corpo bagnando sé e in particolar modo il membro malato. Giova al fetore insopportabile delle ascelle e della pelle, la preserva da pidocchi e lendini bagnandosi e distillando l'acqua sul capo. Aiuta coloro che hanno la febbre quartana se ci si bagna per un'ora prima dell'attacco parossistico e si resta a lungo nell'acqua.

E quando il paziente esce dall'acqua deve starsene nel locale sudatorio e beva nella mattinata venti once più o meno di quell'acqua prima del giorno del parossismo; certamente anche nei giorni di quiete si bagni dopo aver evacuato ed essere stato sottoposto ad un salasso.

Se qualcuno dicesse che taluni accedono al bagno senza trarne nessun beneficio, bisogna rispondere che non è colpa del bagno, ma di coloro che



vi accedono senza osservare le regole che devono essere osservate; sono dodici le regole che bisogna seguire:

Prima regola

Colui che accede al bagno deve essere purgato su consiglio del medico e se necessario deve subire un salasso.

Seconda regola

Chi entra nel bagno non deve essere stato frizionato o [essere] troppo accaldato ma tranquillo e di giusta temperatura.

Terza regola

Il corpo non deve essere predisposto all'inflammazione, come i convalescenti da febbri acute, come chi è incline alla tubercolosi, i corpi macilenti, molto colitici e altri casi simili.

Quarta regola

Non deve aver avuto rapporti sessuali eccessivi o nemmeno essersene troppo astenuto, oppure avere fatto qualcosa d'altro che abbia potuto estenuare troppo le forze.

Quinta regola

Prima che entri nel bagno deve aver evacuato, se non lo ha fatto si metta una supposta o un clistere oppure beva tre o quattro bicchieri dell'acqua del bagno, faccia sciogliere e assuma cannella o pillole.

Sesta regola

Quando entra nel bagno deve essere digiuno e se non riesce a tollerare il bagno prenda due cucchiari di passole (uva passa) ben lavate con due parti di acqua e una terza di vino, assumendo anche di quel vino annacquato quanto può essere contenuto in un cucchiario, o prenda qualche prugna secca immersa nell'acqua; o due cucchiari di briciole di pane ben bagnato più volte con l'acqua e il vino come detto sopra; oppure prenda un bocconcino di pane gonfiato bagnato nell'acqua e nel vino come sopra e non beva nel bagno e nemmeno dopo, fino a quando non avrà mangiato.

Settima regola

Deve stare nel bagno per un'ora o circa, come si è detto prima, per circa quindici giorni e continui il bagno ogni giorno; la stessa cosa si deve



intendere quando l'acqua deve essere distillata [sul capo] come si dirà.

Ottava regola

Quando esce dal bagno entri in un letto e lì rimanga finché suda e quando avrà cominciato a sudare si faccia asciugare e frizionare con dei panni per tutto il corpo, poi si vesta e prenda aria fresca e così rimanga finché durerà il calore del bagno, poi pranzi o ceni e se è assetato prenda dello zucchero candito o delle pastiglie o qualcosa d'altro che abbia il potere di estinguere la sete, ma non beva. Il povero poi che non ha un letto resti nella stufa finché avrà sudato per bene, quindi esca e faccia come si è detto.

Nona regola

Bisogna stare attenti che il corpo non prenda in nessun modo freddo mentre è nel bagno e anche quando sarà uscito per parecchi mesi, perché, come è stato detto sopra, il vantaggio del bagno dopo che si è usciti dura per parecchi mesi, certamente per almeno sei mesi.

Decima regola

La prima volta quando entra nel bagno deve rimanervi poco, la seconda volta deve restarvi di più, la terza ancora di più, la quarta deve rimanervi fino al tempo sopra indicato, la stessa procedura va intesa per la distillazione dell'acqua sopra il capo e il primo giorno deve bagnarsi una volta sola, il secondo due volte; e qualcuno nel medesimo giorno può sia bagnarsi sia accogliere l'acqua sul capo; e sarebbe meglio premettere il bagno alla distillazione piuttosto che la distillazione al bagno.

Undicesima regola

Chi vuole la distillazione deve essere tosato o rasato perché i capelli non impediscano l'operazione del bagno.

Dodicesima regola

Poiché si teme l'infiammazione del fegato e così pure dei reni nei preparativi, prima dell'ingresso nel bagno, si unghano le suddette parti del corpo con l'unguento sandalino.

Queste indicazioni sono state elencate
in onore di Dio, della Beata Maria
e di San Martino a comune
vantaggio dei corpi umani dal
maestro Pietro da Tussignano



eccellentissimo monarca
della medicina.

Anno del Signore milletrecentotrentaseiesimo
giorno decimo terzo di marzo
mentre si trovava nei detti bagni

APPENDICE III

Da *DE BALNEIS omnia quae extant apud Graecos, latinos et arabas... Venetiis apud Iuntas MDLIII (1553)*

PIETRO PAOLO PARAVICINI

Petri Pauli Paravicini Novocomensis medici, de Masinensium et Burmiensium Thermarum situ, natura miraculisque

Burmienses vero thermaeque per milliaris centum ab urbe nostra Comi distant, in extremis Vulturena partibus ad radices montis Addulae sitae sunt, ex quo in Septemtrionem Rhenus, in meridiem vero Abdua fluvius illabitur; qui medio Vulturenae vallis perlambens, et Fredolpho, Pusclavino, Tresenda, Malaro, Masino, Tonante, Tartano multisque aliis amnibus omni ex parte turgescens, et saepe non sine magna accolarum iactura exterminans, in Larium nostrum excurrit. Inter Abduam et Burmij vicum, hae calentes aquae eo in iugo per terrae viscera anfractuosasque criptas introlabuntur; magno quidem sono immurmurantes, vel quia praecipites internas cautes percutiant, vel quia introcluso et adversante spiritu aliquo reluctantur; sive (ut verius) quod sulfureo igne ferveant, et continuis agitentur ebullitionibus, calent enim summopere et (ut rumor est) ova excoquant, pullumque gallinaceum deplumant, si in profundioribus cavernis tantillum morae traxerint, secus tamen cum arte decidunt, et balneatorijs cellulis excipiuntur; tunc enim, vel resolutis evanescentibusque, igneis quibusdam partibus, cum liberius in aera erumpunt, vel stante borea, quo frigida illa regio saepe inhorrescit, temperatiores suavioresque redduntur.

Quo fit ut multi maxime Germani incolumes etiam et nullo penitus morbo affecti annuatim, illa accedant balnea, et in eis longo dierum tractu die noctuque canant, perpotent, sua de more exercent symposia et magnas